NICOLAUS CUSANUS
Salzburg (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 149r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deo amorem quia video me amantem et
quia video me amare meipsum video me
amabilem et naturalissimum nexum me
esse video utriusque ego sum amans ego sum
amabilis ego sum nexus / unus est igitur
amor sine quo non posset aliquid trium esse
ego unus sum qui sum amans et ille
idem qui sum amabilis / et ille idem qui
sum nexus exurgens ex amore quo me
amo / ego sum unus et non sum tria / esto
igitur quod amor meus sit essentia mea uti
inte deo meo tunc in unitate essentie
mee esset trium predictorum / unitas et in
unitate trium predictorum essentie unitas / es
sentque cuncta in mea essentia contracte
modo quo inte video veraciter et abso
lute existere / Deinde amor amans non
foret amor amabilis nec nexus et hoc
experior hac praxi / Nam per amorem ama
tem quem ad rem illam extra me extendo
quasi ad amabile extrinsecum essentie mee
sequitur nexus quo illi rei astringor quantum
ex me est / que res michi non iungitur eo
nexu quia me non amat / Unde licet eam
amem / ita quod amor meus amans se ex
tendat super ipsam / tamen non trahit secum amor
amans meus amorem amabilem meum.

149